



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.XCIX. Sancti Patris Benedicti. M.CXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

giosorum confundant delicatam viræ rationem. Ex Philippo Malabayla, Carolo à S. MARIA &c.

*Erminus  
Francois  
Abb. Latt.  
biens.*  
Mortalitatem exuit hoc eodem anno Erminus Francois Monachus & Abbas Laubiensis vir egregius, rebus Divinis deditissimus, arctissimæ disciplinæ observator & promotor strenuus, non sine opinione magnæ perfectionis & sanctitatis. Ex Monim. Laubiens.

IESU CHRISTI ANNU S.M. D.XCIX.  
Sancti Patris Benedicti. M.CXIX.

*Ian. Len-  
taillor  
abb. de  
Bret. P.P.  
meritum.*  
**I**terum memorabili Benedictino rum, consueto tanto decursu fæculorum in diversos Ordines beneficentia & Liberalitatis Benedictinæ studio, solemniter stabilitur à Matthæo Moulart nostro Atrebateni Episcopo, celeberrimum & Magnificentissimum, Patrum Societatis Jesu in prædicta urbe Collegium, maximo sumptu constructum à Reverendissimo Domino Joanne Lentailleur, Aquiscinctini Cænobij Abbatte laudatissimo: cuius Collegij Rhetoribus scribens doctissimus Lipsius epist. 50. Cent. I. Habetus, ait, *Doctores fato natos, fas ita loqui, ad optimas artes, & cum eis pietatem excolendam, audite, sequimini, & militate sub felici illo signo, &c. Qui postea Abbas immortalitate dignissimus, pro meritis à morte plausibiliter laudatus fuit ab Universitate Duacena eique merito tanquam Mecenati, & parenti tot virorum eruditorum solemnissime parentatum. Claud. Robert. Joan. Bucelinus, Monim. Aquiscinct.*

*Philippus  
Caverellus  
de re littera-  
ria me-  
nitimus.*  
Contendit hoc ipso anno cum Aquiscinto Præfule, vix adito Abbatis apud Vedastinos honore immortalis memoria Antistes Philippus Caverellus, & alterum haud impari magnificentia Duaci condit Collegium, vulgo Vedastinum dictum, in quo Vedastini Ordinis nostri Religiosi, ab ipsa Universitatis fundatione, ad hanc usque horam, Philosophiam, Theologiam, ceterasque liberales artes profitentur, magno cum honore Ordinis & gloria, sed & fructu maximo juventutis. Ex Monumentis Vedastini, & inde communicatis, sed de Caverelli rebus præclarè gestis plura deinceps.

Incredibilis labor, cum merito patientiae, constantiae, & solidissimæ charitatis incomparabili sanctæ memorie

Mariæ nostræ de Bellovillare Abba- *V. Maria  
tissa Montis Martyrum in obstinatis  
villare ag-*  
simis Monialium sibi creditarum ani- *do Bello.*  
mis evincendis, ipso etiam Archiepi- *nnes.*

scopo Parisiensi, cuius curæ suberant, Petro de Gonde, viro Religiosissimo nostrorumque longè amantissimo, oleum & operam perdente, cùm sua Auctoritate orando, monendo, obsecrando in propria persona, saepius occurrens, nil nisi sublannationes, opprobria & contumelias referret, Maria tamen nostra suffragijs Dei ipare frera, inexplicabili mansuetudine, ipsoque admirabili vita exemplo fluetus omnes feliciter eludente, nova ædifica moliente, & in iisdem Regulari Clausuram, ut vocant, inducente, & cum supra celebratis ejusdem Cœnobij Professis monialibus, Catharina & Maria d' Alveguin, spiritu non minus quam carnesororibus eaque quam secum duxerat sanctæ mentis puellæ, animos denique aliquarum lucrantibus, donec, ut deinceps audiemus, proprio Numine, gloriosè triumpharet, & tantum Monasterium, *Benedi-*  
*cio Patri in suis Redivivo assereret. Ex*  
*Vita ejusdem.*

Supremum & fatalem hunc [ nobis Natalem ] habet annum 1599. Reverendissimus in Christo Pater ac Dominus, Joannes à Plutzel, frugi & antiquæ probitatis Abbas Monasterij S. Matthiæ Trevirensis, cuius elogium integrum ex Mesenich transcribere placuit:

*Hic igitur Abbas fuit summa in Deum Religione, justitie & aequitatis studiosissimus, carnis sue dominus egregius. Regularis discipline observator exactiorque diligenterissimus, in frequentatione Chori auditus, in celebratione quotidiana, in sublevandis pauperum necessitatibus mira en- pauperum tuit liberalitate. Quo in studio dum tem- Meænas.*

*poribus dirissime famis illius que circa annum Domini 1580. totam penè Germaniam miserrimè depopulabatur, sedulo ver- saretur, accidit mirabile dictu, ut quamvis ad imperium Domini Abbatis, expau- cis, que Monasterio reliqua erant fructibus, quotidie indigentibus copioissime subveniretur: hydriam tamen farinula ( ut cum Scriptura loquamur ) Deo utique sic volen- te, simul ac benediciente, ad ostendenda tanti viri merita, Diminutionem nequaquam senserit, sed usque ad finem tante X capi-*

*Successus  
Reforma-  
tionis.*

*Joannes  
Abbas S.  
Matth. Tre-  
virensis.*

caritatis, in sua semper plenitudine perduraverit. Vestibus utebatur, non pretiosis, aut seculi vanitatem redolentibus, sed vilibus admodum, & vulgaribus. Mores autem suos, sic omnibus attemperabat, ut verissimum esset exemplar illius, quem ad Exemplar veri Pasto-  
riū.

*Fredericus  
Abb. Mari-  
coll.*

Titum Paulus describit, Episcopi, &c. Resxit Monasterium annis 26. diebus 27. Moritur senio, ac diuturna Phthisis macteratione exhaustus, conditusque in Choro S. Joan. Baptiste. Ex Mesenich. Eundem quoque annum vita sua ultimum habuit Reverendissimus Dominus Fridericus Maricollensis ad Helpram fluvium in finibus Hannoniae Abbas, vir praestantissimus, & ob insignia animi talenta, ingenij dona ad secretiora Regni consilia expectitus, & adhibitus; qui sedulam nihilominus suorum curam habens filiorum, disciplinam Monasticam foyit mirificè & promovit, ab omnibus intimè dilectus, suosque vicissim tantopere diligens, ut cum Abbas Cenobij opulentissimi S. Petri Gandavensis postularetur, suorum amore, omnia detraictaverit. Celebris apud omnes ob eximias Virtutes in Vita & Morre, quā, ipsā die Parasceveos feliciter decepit, ipsam semper in pane & aqua transfigere a-suetus: ultimamque sibi similiter proponens transfigere, cum sollicitos de se Fratres juberet abscedere, ut pium aliquid tam sacra die meditaretur, ab regressis repertus est mortuus A. 1599. Ex monimentis ejusdem Canobij, communiceante admodum R. P. Antonio Erckelens, &c.

Claudit sub hoc ferè etiam tempus cursum vita sanctissimum Religiofissima foemina, Catharina Paéz, Abbatissa Monasterij S. Spiritus de Olmedo, orationis studio, & sanctitatis fama in paucis conspicua, de qua sic Joseph Velasco: *Revelavit DEUS venerabilis viro Francisco de Jepes. Animus ipsius recte calum confundit, magnisque gloriam obtinuisse, & quod transiens per locum Purgatorium animam cuiusdam Monialis ejusdem Monastery, que ante aliquot dies obserat, a panis liberasset, secumque in celestem patrum induisset. Joseph de Velasco, Chrysoft. Henrīq.*

Verè in plenitudine sanctorum, detentionem suam esse demonstrans Virgo Mater Augustissima cœli Jm-

perarrix, ex lectissimo Sanctorum sui Montis Serrati promptuario, rurallissimum denuo sydus, à se cœlis educatum, corporis solutum ergastulo inter lucidissimas Empyrei cœli stellas inserit hoc anno sanctæ memoriae vi- rum R. P. Joannem Castanazam, do- tissimum æquè ac sanctissimum, Jo- annis Alphonsi Curielis celeberrimi illius, totoque orbe famosissimi Theo- logi, alterum animum (qui item Cu- riel, quamvis Ordinem nostrum pro- fessus non sit, merito tamen nostris etiam accensendus, quibuscum & per- petuo ferè vixerit, & sua omnia lega- verit, ac denique inter eodem sepe- liri voluerit) in cuius unius laudibus, foret quād diutissimè immorandum, nisi intenta & promissa brevitas aliud exigeret. Sufficit Epitaphium posu- isse.

Venerabili Magistro Frat. Joanni Ca- Ejus Epis-  
staniza Benedicino, Sermone aureo, ore phium.  
facundo, in dicendo suau, in persuadendō miro, Apollolo Paulo predicatione si- millimo; ob amabilem Vita sua Sanctu- tam, honori & decori omnibus post obla- tas sibi a Philippo II. præclaras dignitates, ac magnifice spretas, charissimi sui D. M. Illefonsi Curiel petitione prope ipsum tu- mulato. Obiit 18. Oct. Anno 1599. Conſul- lendum Antonius de Jepes & monimen- ta Montserratensia.

In Hispanijs item ad supera accep- situr sub hoc ipsum tempus Venerabi- lis Pater Magister Andreas de Aziro- res Monachus S. MARIAE Vallis Ec- clesiarium in Regno Toletano, singu- laris pietatis & ingenij vir, a conver- sionis sua primis initij, ab eximio Vir- tutum studio omnibus admirandus. Obedientia tamen observantia adeo excelluit, ut mira prorsus solertia, ad amissim omnia Superiorum iussa, juxta mentem & Regulam S. P. BENE- DICTI & observaret & exequeretur, quod legem sibi inviolabilem crede- ret, quidquid præciperen. Ita etiam ab iisdem litterarum adhibitus studijs, tanto acris contendit, ut in Philoso- phicis quidem nemini doctissimorum cederet, in Theologicis autem Deum intellectus sui unicum, faciens objec- tum, Divina ac cœlestia scrutatus, in magnam vitæ perfectionem & ipsius proficeret, & ea insuper proferret, qui- bus & alios accenderet, & posteritati con-

## REDIVIVUS.

145

consuleret, nec contemnendum Ecclesiam fructum produceret. Ex his fuere: *Decades decem, Theologie Symbolice seu Hieroglyphice, Salmanticae typis mandatae anno 1593. Scriptae etiam Theologia item Symbolica, septem alios tomos*, quos tamen morte præventus publicare non potuit. *Ex Chrysost. Henr. Phanice, &c.*

*I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D . C .*  
*S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i , M . C . X X .*

**I**Ubilare hoc anno, admirabili jubilo cœlos implet, felicissimo transitu suo, Miraculum Angeli hominis sanctissimæ memoriarum Abbas, & Fulensis Congregationis Legumlator & Sanctissimum Patriarcha Joannes Barrerius (de la mortua B. Barriere) cum rigidissimo suo Instituto & sanctissimis filijs, tali vita præluxisset exemplo, quo non poterant non excitari atque accendi, ad tor-

non excitari atque accendi, ad tormenta quævis pro Crucifixo Amore suo subeunda, cuius gratia concitati viri fæminæque, quotidiano sane Martyrio spontaneo, carnis quasi propria oblieti & sanguinis, se se victimas mæstarunt, & immolarunt, in quibus omnibus & vivens quotidie & moriens Barrerius, ad triumphos Martyrum, æternos hoc ipso anno, quarto Cal. Maij assumptus, Romæ pretiosissimas attenuatissimi corporis exuvias depositus, insignibus miraculis & revelationibus, & in vita & à morte à Numine illustratus, vir dum viveret & Regibus & summis Pontificibus summæ Admirationi & Venerationi: *Cujus Angelicam conversationem*, ait vita eius scriptor, *Vita puritatem, morum integratatem, Religionem in Deum, humanitatem in proximos, in seipsum rigorem, admirandum potius quam imitandum, tota Europa miratur & veneratur.* Obiit æratius 56. cuius sanctæ Reliquæ per orbem sparsa, cor quidem in Fulensi Monasterio, membra alia alibi religiosè asservantur. Ex Ludovico à S. Malabchia, Carolo à S. Maria, Philippo Matabayla, Auberto Mireo. &c. Sed de prole sacra viri sanctissimi deinceps saepius pro immortali sæculi nostri, & seræ ætatis monumento.

V. Anna de Villaruel Mon. Claudit similiter & coronat superius sæculum fine vita sua beatissimo sanctæ memoriarum Monialis Numini dilectissima Domina Anna de Villaruel,

Cænobij Sanctæ Annae Abulensis in Hispania Professa. Fuit hæc omni Virtutum genere cultissima, uti Christi decet sponsam, omni illarum circumambientia varietate; ceterum præter omnem mulierum morem & consuetudinem, sacri Regularis Silentij longè studiosissima; jurata autem tenerissimi corporis culti sui hostis, cum præter acuratissimam sanctissimæ Regula nostræ obseruantiam, & consueta Religionis exercitia sacrumque rigorem, duris asperibus, iisque nudis pro lectulo uteretur. Singulis diebus vivifico Corporis Dominici Sacramento reficiebatur; quo devotissime sumpto, in Ecclæsiam statim rapiebatur; cuius per omnia, Angelica verius quam humana conversatio, uti omnes mirè affiebat, sic ad Virtutem potenter excitatbat. Transiit, ut diximus, ad Regnum æternitatis felicissima hæc sponsa Anno Christi 1600, cum continuum ad mortem usque silentium observasset, æternum deinceps pro Fratribus, & Sororibus ad Regem Régum loquutura, & pro nobis, quæ rogat omnia, persuasura. Michael Vaquerus, Vita B. Marie Vela, &c.

Mors ejus-  
dem felicis-  
fina.

Jn Gallijs usq occasione anni Ju-  
bilæi sanctæ memoriarum Mariæ nostra de  
Bellavillier efficacissimè movente Li-  
bello supplici interpellat Clementem  
VIII. Pont. Max. suos Reformationis  
conatus toties frustratos questa, & ro-  
gans, ut sibi specialem liceret Visitato-  
rem deligere, quas ejus adeo sollici-  
tas pro suis preces non sine multis præ-  
gaudio fulsis lachrymis Pontifex mag-  
no animi legit solatio, omnemque ei  
& opem promisit & Benedictionem  
Pontificiam largè est impetratus, con-  
firmans eisdem propositum, & cum  
nas piè consolatus. Nec exprimi sa-  
tis queunt difficultates & injuria, quas  
etiam post haec imperata sustinuit, pe-  
fissimæ denio nota fæcere Confessio-  
rio in optimorum locum succedente,  
& multas jam sanctæ Antistitæ manus  
& animum dantes, gravissimis in Ma-  
riam calumnijs, ab omni bono pro-  
posito & Religiosoire vita abducente,  
ita ut nemo absque horrore legat Sa-

*Ven. Marie  
de Bellovil-  
late succes-  
sus & co-  
natus.*

X 2

fanc